III. Edition

< 1. Genealogia >[a]

< 1. >

Genealogia sanctorum[b] antiquorum patrum[b] texitur[c] ab Adam usque ad Iacob, et hec stipes arboris dicitur. A[d] Iacob[d] autem[e] ramos[f] incipit[f] diffundere XII[g] tribuum[h] usque ad[i] tempus[i] Ozie regis, in quo X tribus defecerunt. Ab[j] Ozia usque ad Christum extenduntur duo[k] rami, id[l] est[l] due tribus, Iude[m] scilicet[m] et Beniamin, que remanserunt[n]. Hec arbor ficui assimilatur, cui Dominus[o] maledixit[o], quia fructum in ea non invenit[112]. Sicut[p] autem hec[q] arbor[q] ficus initium habuit et profectum et defectum, ita[r] et alia arbor, vitis scilicet novi testamenti, videlicet[s] ecclesia[s], suum habet initium, profectum et defectum[r]. Initium et quasi stipes huius[t] vitis[t] insertus est ficui, quia ecclesia initium habuit a sinagoga.

Stipes itaque[u] iste[v] ab Ozie[v] temporibus, ut[w] dicunt, incepit[x], quando[y] Ysaias non quasi propheta, sed potius[z] evangelista predicavit. Ibi enim incepit[aa] novum testamentum, ubi primo[bb] predicatum est evangelium; ibi ergo fuit quoddam medium, ubi synagoga defecit et ecclesia suum[cc] habuit[c] initium. A Christo vero hec secunda et[dd] inserta arbor[ee] ramos[ff] fecit tot[f,gg], quot principia[g,hh], XII[ii] scilicet[i] ecclesias, que habuerunt profectum suum et augmentum usque ad tempora

---

a) *als Titel und rechts oben am Beginn der ersten Spalte* Incipit epistola subsequentium figurarum V_4, *am Rand* Genealogia P_5 b-b) antiquorum patrum sanctorum P_{10}, *folgt* fidem servans Z c) texit Z d-d) ab Adam P_5 e) *fehlt* α f-f) incipit ramos Z g) XXII V_4 h) *fehlt* α i-i) *durchgestrichen* ad Christum extenduntur P_5 j) sub Z k) quasi P_{10} l-l) quasi α, *fehlt* P_{10} m-m) scilicet Iude α, Iude P_{10} n) remanserant V_4 o-o) maledixit Christus Dominus P_5 p) sic V_4 q-q) arbor hec V_4 r-r) *fehlt* α s-s) *fehlt* P_{10} videlicet ed(er)a Z t-t) vitis huius P_{10} u) igitur V_4 v-v) istius arboris P_{10} w) ubi P_5 x) incipit P_5 y) quia P_5 z) quasi P_5, *folgt* quasi α aa) incipit P_5 bb) post P_{10} cc-c) habuit suum V_4 dd) *fehlt* P_5 ee) *folgt* incepit et P_{10} ff-f) tot ramos fecit α gg-g) *fehlt* P_{10} hh) protulit Z ii-i) *fehlt* Z

---

112) *Vgl. Mt. 21,18–22; Mc. 11,12–14; 20–25.*